


Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.
Ca
8.9
9.8
10.6
Ca
14.
15.
16.
Ca
20.
21.
2.





LAVREA
 PHILIPPI
 FRENCKINGI
 DANTISCANA.



GEDANI,
 typis RHETIANIS Anno
 clō lōc xxlii,



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO, DNO

SIGISMUNDO III
D.G. POLONIÆ ET
SVECIÆ REGI, M.D. LITH.^Æ
RVSSIÆ, PRVSSIÆ, MAZO-
VIÆ, SAMOGITIÆ, LI-
VONIÆQVE
SEPTENTRIONIS EVROPÆI
TRIVMPHATORI
OPT. MAX.

Regi ac Domino suo
longè Clementiss.º

Humilimè

Dat Dicit Consecrat

PHILIPPVS FRENCKINGIVS
Dantiscanus.



SERENISSIME ET POTENTISSIME
REX, DNE. DOMINE ^{longè} CLE-
MENTISSIME.



Ritum sed scitum est il-
lud: Patriam aliam juris
esse & Civitatis: Naturæ
verò sive Loci Alteram.
Etenim, mea quidem sen-
tentiâ, Patriæ appellatio non unius a-
licujus est anguli, sed totius, quaqu-
versum patet, Reipublicæ, quæ non in
mœniis & ædificiis, ut inquit ille, con-
sistit, sed Juris Publici & libertatis cõ-
munis quasi commercio quodam de-
finitur. Hæc ut ad me applicem, Sere-
nissime REX, Natus sum in R. Mtis
V^a civitate Dantisco, Inclyti hujus
Poloniæ Regni urbe maritima, & illâ
quidem

quidem primaria, quam, quod naturæ
quodam instinctu omnes facim9, tan-
quam Patriam Charissimam, semper,
quamvis dissimulanter nōnunquam,
amavi, ita ut vel nomen ejus auditu
mihi dulce, & jucundum, conspectus
& incolatus longè dulcissimus fuerit.

Etsi autem in Loci sive Naturæ, pa-
triâ, sedem mihi fata nō dederint, ego
tamen spem adhuc integram de Iuris
& Civitatis Patriâ conceptâ, abjicere
penit9 nec volo nec possum. Agnosco
enim, agnosco palàm, ac tanquam Pa-
rentem & almam deveneror, Univer-
sam hanc polonici Regni Rempubli-
cam, tanquam maximam aliquam Ci-
vitatē, quæ eâdem Iuris æquabilitate
tot diversi lingues populos Libertatē
& Iura nostræ Gentis sponte sua ma-
ximam partem secutos, est complexa.

Solan.

Solantur me quoq; exempla majorum meorum, inter quos Iohannes ille Dantiscus, Episcopus olim Culmenfis, & successivè, V Varmiensis, qui cum D. SIGISMUNDO Regi innotuisset, temporis successu, ita in Aulâ Regia, & apud exteros quoq; Principes inclaruit, ut hoc nomine Publicis scriptorum monumentis celebratus sit.

Cæterùm Dantiscus, tantus & tam clarus cum esset, qualemcunq; ex Poëtica gloriolam non recusavit; Laureâq; quam vocant, coronari voluit, unde & Citharâ insignibus alioqui gladio, trunculo & ala constantibus post auctioribus factis gestandam reportavit. Cumq; hac in parte vestigia Dantisci mei sequenda mihi putarem, id quod tali quodam Epigrammate testatum facio,

Inchyte

Inclyte quando tuos, *DANTISCÆ*, ex fratre

Nepotes

Sanguine contiguos contigit esse mihi

Gratulor hac in parte meis & gratulor Urbi

Communem tecum quæ mihi dat patriam

Sed tu totius quondam inclyta Sarmatia lux,

Pagina nec populis gratior ulla fuit,

Quam quæ Dantisci præ se sibi nomina scripsit,

Hinc per utramq; volat jam tua fama polum.

Nec tamen abnueras lauri de fronte coronam,

Regia quæ voluit te decorare Manus.

Quod si igitur mihi fas tua per vestigia gressum

Ferre, sacram Laurum fas quoq; ferre mihi.

Proinde pro impetranda Laureâ ad
TE, REX Serenissime, supplicare nõ
erubesco. Neque enim dignitates aut
opes unquam affectavi, veruntamen,
attestante Flacco- Aut virtus nomen
inane est.


Aut

Aut decus & precium rectè petit ex-
periens Vir, In quam sententiam &
ego versiculos S. R. V^z Mti exhibeo,
una cum Epigrammatibus. Honori,
Rex inclyte, tuo tuorūq; consecratis.
Quem vivere & valere, & gloriosè de
hostibus suis triumphare C H R I-
S T U S jubeat I M M A N U E L.

S. R. V^z
Majestatis

Humilimus

P. F. Dantis:



VIR TU.

I.

VIRTUTI ARTI ET
HONORI SACRUM.

Quam non divitis inbient, quos ingenii vis,
 Quos calcar stimulat Laudis, & Artis ho-
 Testes Artifices, Pictores atq; Poëta, (nos;
 Pulli etiam Martis de meliore saturo,
 Ut qui se dixit, torquem dum rejicit auri,
 Virtutis precium, haud poscere Avaritia:
 Dixit Simplicitans quernam per tempora frundē,
 Esse coronatus, non opulentus amat.
 Exemploq; docent tres Noridos Urbis Alumni,
 Qua non divitiis aestimat æqua suos:
 Tres ibi pictores rari cojisse feruntur,
 De vulgo quartus se quibus addiderat.
 Qui cum in certamen venissent comminūs artis,
 Quilibet ecce suum præstitit autor opus.
 Primus enim exactum dextrâ dum circinat orbē,
 In medio centrum protinus inseruit.

Alter

*Alter lineolas normâ sine ducere rectas,
Et perpendentes addere doctus erat
Tertius, ut vidit præter - quem forte - meantem,
Viva semel visi dat simulacra viri.
Sed quartus Specimen jussus dare, callidus auri
In numerum nummos ordine disposuit.
Quos uno ad sese versu dum contrahit, ecqua
Linea, ait ridens, vestra sit aqua mea?
Qui ditescendi tantum spe devorat artes,
Discere nil frangi nilq; docere potest.
Et dubitamus adhuc artes præponere nummis,
Divitiasq; illis posthabuisse rudes.
Nil tam magnificum, nil pectore dignius alto,
Quam se opibus careas, posse carere opibus:
Sin habeas in munificam convertere sortem
Atq; alios donis exhilarare tuis.
Heu mihi quam vili vatam sunt nomina censu,
Non nisi per multas prog; - vehenda vices.
Nam nisi prostituat se Heliconis virginens Grex,
Hand facile inveniet, Musa pudica, procos.*

B

Vel

Vel quia dote caret numeratâ, haud artis egena,
Vel quia grata minùs, quod verecunda nimis.
Nec tamen ambitio placeat mihi vana; quid autè
Si desiderium, quod latet, omne perit?
Ars, Virtus & Honos, Virtutis & Artis alumnû
Me iuvat; an virtus est precium ipsa sui?
Laureus ipse equidem non Aureus esse laboro,
Quod mihi si dederis, Rex, mihi Phœbus eris.
Quare virginèam vetulo mihi credere Daphnen
Ne dubita, Custos Virginitatis ero,
Et mea Musa tua laudi laudiq; tuorum
Per tempus vita serviet omne mea.

II.

ROMA est ubi CÆSAR: SVECIAE
Regnum, ubi REX.

CÆsar ubi est, tuus Augustissimus incola,
Tento,
Roma ibi: sed Roma, Roma rogabis ubi
est?
Et latet

Et latet in Latino Latium; & quasi se caret ipsa,
Casareo quia nunc numine Roma caret.

O SIGIMUNDE Potens, Rex Inchyte
Samatiæ

Hæc aliquis Svecis dixerit apta tuis:
Regnū etenim Gothicū per vim licit occupet alter,
Ille quidem Invasor, Rex tamen esse nequit.
Nempe in legitimo Majestas Principe Regni est,
Nec Res in muris Publica, & adiculis.

III.

Ad

Serenissimam Pol. & Sveciæ REGI-
NAM DN. DNAM CONSTAN-
TIAM Austriacam.

Magna decent Magnas, ego vates parvus
obibo

Parva, sed in laudes mens tamen ire tuas,
Quæ studio, Regina, tui succensa fideli,
Obsequio ma vult qualiacunq; dare,

B 2

Quam

Quam cum te tantâ nequã dare digna, per ampla
Nominis Augusti dona silere tui:
Salve semideis nata Heroïna, marito
Qua Regi Reges Regibus orta paris.
Sic tibi Juno, Venus viriplacula, & utraq; Pallas
Certent se donis equiparare suis.

IV.

Ad

Seerenissimum celsissimumq; Principem
ac Dominum, Dn.

VLADISLAVM SIGISMVNDVM
Regnorum Pol.^æ & Sveciæ Principem
ac Hæredem, Electnm totius Mosco-
viæ Ducem Magnum, Severiensis, Cerniëio-
viensis &c. Ducatum Admi-
nistratorem.



LADISLAE SIGISMVNDË, Optime

Maxime Princeps,

Ex merito Regnum cui pia fata parant,

Quem

*Quem Moscus, quem Turca ferox pavet arma
minantem,
Quem Pax alma colit, quem mea Musa canit
Pluribus ipse quidem Regnis dignissimus unus,
Majus quid Regno posse carere putas.
Sol oriens toti præbet sua lumina mundo,
Sic Tu: sed Numen pronus adoro tuum.*

V.

JOHANNES DANTISCUS,
de sua Imagine.

T*alis eram, postquam septem propè lustra
peregi,
A patriâ Hispano pictus in orbe procul,
Hæc quæ Bæremo Balearibus adiacet undis,
Sub Toletanis Urbs celebrata jugis.
Hoc ego apud Regem, qui nunc est Casar, Iberum
Sarmatiæ Orator tempore Regis eram.*

B3

Ad



VI.

Ad Dn. Legatum Majorem

ILLRUM CHRISTOPHORVM
Ducem de ZBARAS, ex Legatione
Turcica felici cum expeditione
feliciter reversum.

Nelyte DUX, cum laude redux Othomani-
de ab aula,

Es qui Zbarasiae Gentis honorus apex,
Cum Te Legatum ad Porta REX mitteret oram,
Magnanimum stupuit barbara turba virum.
Quid referam insidias, quid aperta pericla, quid
artes

Sen Moldave tuas, sive Vesire tuas.
Sed tua pervicit virtus, Patriaq, juvanda
Ardor in-extinctus, dum tibi vita, manet.
Nempè tuo studio nostris Pax reddita terris,
Vi Scythica & Mosci Pax labefacta dolo.
Pro tantis igitur meritis Res-publica grates
Tota tibi debens premia justa dabit:

Et



Et REX ipse tuâ latatus dexteritate
Provehet, ut vexit, teq; tuamq; domum
Quin & Posteritas praeconia digna sonabit,
Si modò posteritas ulla futura super;
Interea tua quòd vagafama per astra volabit,
Pignora do Musa non peritura TIBI.

VII.

Ad MAGNUM NOLDIVM S. R. M.^{is}
aulicum p. m.

Magne, tuas laudes mensurâ nominis aequans
Quem magnis adhibet Sarmatis ora viris.
En de Smolensco SIGMVND0 à Rege re-
Paucatibi, atq; minã pauca, sed apta darẽ. (cepto
Nam memini, quando, Regis Victoria, dixti,
Vatum materies ampla futura brevi est.
Ergò quod inductus tua per praesagia scripsi,
Hoc ad iudicium defero jure tuum.
Magne fave, (me nãq; tui levat aura favoris)
Meq; patrociniò perge fovere tuo.

In



VIII.

In Expugnationem Smolen-
scianam.

Ergò iterùm nostris nova facta accessio re-
bus,

An postliminij fure recepta fuit,
Quæ quondam illicitas Arx interversa per artes
Venit in hostiles deditioe manus:

Nunc non fraude malâ, sed aperti fulmine belli,
Capta est auspiciis, REX SIGIMUNDE tuis.

Vindiciis etenim licet arma per arma domare,
Sic hac legitimis arx repetita modis

Et licet obsidio in spaciū est extracta bienne,
Tantò expugnatur fortiùs illa tamen.

Sat citò, si benè sat: sua fura reposcere fas est,
Fas Patria fines restituisse suos.

Nempè Tibi DEVS & Virtus animosa tuorum
Nobile VICTORIS nomen habere dedit.

At quæ Magnanimi haud movit patientia Regis,
Officii velles ut memor esse tui,

Quid

*Quid te supplicii meritum, Mosce improbe, censes?
Fallor, an ex merito pœna secuta fuit.
Barbare, nolueras leges agnoscere pacis,
Nunc quæ sera venit, pœna dolenda venit,
Hunc, DËus, hunc nobis seruet tua gratia Regem
Et super-his terris daq̃, præesse diu.*

IX.

In Collaturam feudi Borusfici
eodem anno factam.

DVX à Rege novus nova per data signa cre-
atus

*Latus adest, leti fas dare signa animi:
Jura SIGISMUNDus Tibi, JAN-SIG MUN-
DE, Tuisq̃*

*Contulit, & Terra signa Borusfiacæ,
Quæ cupidis oculis, animisq̃, volentibus omnes
Cernimus ad Patriæ Te retulisse lares:
Ecce omnis longo jam Prussia libera luctu
Fundit in occursum se studiosa Ducis,*

C

Exce-

Exceptura suum pariter Dominumq̄, Patremq̄,
Officium populi non capiente loco.
Sic igitur sonat aut potuit sonuisse videri
Ora sua his solvens subdita turba modis.
Ingredere, ingredere & tibi debita frena capesse,
Ingredere auspiciis, ꝑ AN-SIGemunde, bonis
Namq̄, sibi Pacem, certamq̄, Borussia palman
Spondet ab ominibus nominibusq̄, tuis.
Quod si victores jungant victricia signa,
Implebit numeros nomen utrumq̄, suos.
Ergò salutamus Prussorum Insignibus auctum,
Suspiciamusq̄, novum pectore & ore Ducem
Da DEVS has terras stirps indefecta nepotum
Brennonis innumeros ut regat usq̄, dies.

X.

GEORGIVS GVILIELMVVS
DEI GRATIA.

INclite DVX, patrij Imperij successor & hæres,
Quà Viader, Rhenus, Pregela quaq̄, fluit;
Nominis

*Nominis ecce! tui signant Numeralia tempus,
Quo tibi Prussa DEI GRATIA sceptrum
dedit.*

*Hac eadem longos te GRATIA sospitet annos,
Quò possis populos pace beare tuos.
Hoc precor, hoc mecum tibi subdita corda precantur,
Quotquot in his terris hæc tua sceptrum colunt.*

XI.

Ad

*Eundem Dn. ac Pr. suum Clementissimum
de Equo Serenissimi Ipsius à Serenissimo itidem
Pr. ac Dn. Dno VLADISLAVO SIGIS.
Pol. & Sveciæ Principe
dono misso.*

M*unus honoratum & Regali pectore di-
gnum*

*Mittitur ad fratrem consanguineumque Caballus,
A TE, VLADISLAVO SIGIS MUNDE, Incl-
yte Princeps,*

C₂

Quem



Quem successorem, at serò, diadematis esse
Heredemq; simul patriæ Virtutis ardemus.
Fallor, an hic Pegasus, qui calcibus Hippocrenem
Elicuit, pedibusq; fugacibus induit alas?
Aspice, ut explicitet tereti glomeramine crura,
Sarmaticæ incedunt pompæ quo more puella.
Huc ades ò tanti, Kasanovi, muneris index,
Auspicio cujus tibi, **MARCHIO**, traditur illud
Heroæ donum non aspernabile dextra,
Accipe, quod felix, victoris ò amule Persei,
Viereq; hoc ipso, quod amanti à fratre profectum,
Sen belli, seu pacis opus tibi munia obire.
Quin conscendis Equi tergum moderabile virgâ
Quin solo sonitu, virgæ vel flexilis umbrâ.
Hoc Tu sessor equo remeare videberis olim,
Adq; tuos feudale Insigne referre Borussos,
Ac utinam non nostra diu pia vota moventur.
Dū loquor, ille volat, per prona, per ardua vectus,
Mox à Rege redux gratanti voce suorum
Excipiendus adest, plansuq; sequendus ad arcem.

ILLVSTRI



XII.

ILLVSTRI ET GENEROSO
DNO ADAMO KAZNOVSKI,
Ser^{mi} Pr. Pol^æ & Sveciæ Dn. Dn. VLA-
DISLAI SIGISMVNDI ad Serenis^{mum}
Elect. Brand. in Prussia &c. &c. Ducem,
Internunciatio.
EXTEMPORANEA.

*Inclite, multa cadunt, Kazanovi, equitem inter
& alcem,*

Hinc est, quòd toto corpore fusus humi es:

Hinc est, quòd tuus ex vulnere equus perijt.

Hinc est, quòd tuus ex vulnere pes malè habet.

XIII.

In eundem casum Venatorium
aliud extemporale.

I*nclite, multa cadunt, Kazanovi, Equitem inter
& alcem*

Hinc dolor ille tui vulnus hiansq; pedis.

Gratia sed superis, quorum moderamine dño,

Non Eques, ast equitis victima factus equus.

C 3

ALIVD



XIV.

A L I V D.

M Achio venatum simul ibat, Equesq; Polonus,
Mox Ducis uno iclu cūm fera Equesq; ja-
O casū! sed enim curatur Eques modò, sic est, (cet.
A quo vulnus habet, mox habiturus opem.

XV.

A L I V D.

In gratiam D. Sapphij Med.
Eltralis.

A Dversif pote nil, nisi te prohibente, careri,
Nilq; boni fieri, te nisi dante, DEVS.

XVI.

Allusio in nomen Illustre
Illustris & Magnifici Dni CAROLI à
LICHTENSTEIN.

Scripta VViennæ Anno 1599.

Cūm sis presidium populi, columenq; Ba-
ronum

Ac patria sydus, Vir Generose, tua;

Non

Non est cur dubitem, tibi quo sit ab omine nomen,
O Lichten-Stenia Gemma corusca domo.
Nam Maro magnanimum Aenean, quæ mole
suâ stat,

Comparat ad rupem conspicuâq; facē.
Scilicet, ut ponto vicina expositaq; ventis,
(Quam dixere Pharon, qui mare sollicitant.)

Prælustri ex speculâ, lumen peramabile nautis,
Spargit nocturnum vertice Petra jubar:
Sic homo Cordatus variis dubiisq; periclis
Obvius, Arx patriæ Lampas & Ara rei est,
Ut qui consilio reliquis præluceat, & qui
Vita præ cunctis integritate micet.

Qui cen seductus per promontoria portus
Naufragio exceptis præbeat hospitium.

CAROLE, da veniam; mea Musa tibi applicet
istæ,

Qui SOL, qui Basis es, Portus & Aura bonis,
Quò ceu sub tutum recipit se Musa recessum
Nostra, velut Clarium TE venerata Ducem.

Compro-

Comprobat asimilem tua te Constantia Saxo,
Et SPLENDORE diem vincit & astra gen9.
Quid superest igitur, nisi vota precesq; fideles,
Te talem ut seruent Fata benigna Virum.
Fulgeat, ut caeli igniculi, tua Fama per ævum,
Et solido duret fultum adamante Genus,

XVII.

Ad

Illustrem & Rdifs. Dn. IACOBVM
ZADSIK S^r R^r M^{tis} & Regni Secre-
tarium majorem &c. ~~et c.~~

~~Sac. Parginalis M^r Cur.~~
~~cellaricus.~~

M^Os erat Hebrais, dubiis oracula rebus
Atq; Urim & Thumim consuluisse sacrum,
Quod numero patrum duodeno ex ordine structū
In medio gesit pectoris Amramides
Indicioq; suo votis aut annuit, aut non,
Fatidica gemma vi faciente fidem.

Eximie

*Eximie ò Prasul, nostri Gemma Inclita Regni,
Ista mihi sit fas applicuisse Tibi.
Namq̄ tuo pariter nutu Res- Publica, quin &
Priva mea ad placitum statq̄ caditq̄ tuum.
Quòd si conciliet capiti huic tua gratia Daphnen,
Tota patrocinii laus erit illa tui.*

XVIII.

A D

Illr^{um} Dn. VVenceslaum de Lefsno,
R. Pol. ProCancellarium.

L *Esscinium heroëm tenuis mea Musa salutat,
Seq̄ cupit paucis insinuare viro.*

*Ne contemne preces, Vir præstantissime, viles
Sed patrocinii me tegat umbra tui.*

*Sic natura Parens connexuit infima summis,
Sic niger à viridi turtur amatur ave.*

*Sic ubi se dapibus volucrum Regina replevit,
Reliquiis pasci turba minuta solet.*

*Ergò favore tuo non dedignare clientem
Qui tibi se libra tradit & ære tuum.*

D

Ad

XIX.

AD
 Mgcum & Gro^{sum} Dn. V VOLFGAN-
 GVM à CREYTZEN Dominum in
 Deutscheilau & Heckennalde hære-
 ditarium, Consiliarium Ducatus Prussiæ provin-
 cialem & Cap^{neum} Angerburgensem.

Prefectis ut ferre novis munuscula sue vit
 Subdita Gens animum testificata suum,
 Sic mea Musa novum sibi quaesitura patronum
 Gratari officio gestit amatq; tuo.
 Inclyte Creutzjades, vult arbiter æquus honorum
 Angerburgiaci quem Caput esse soli.
 Scilicet, esse locum studiis Virtutis & Artis,
 Comprobat, ex merito qui tibi venit Honos.
 Nec tam prasidio huc generis subnixus a viti es,
 Quàm quâ multiplici Cor tibi dote scatet.
 Enumerare queam linguasq; artesq;, paratas
 Regna per Europa tot peragrata tibi:
 Nîmibi significans tua rara Modestia vultu
 Innuat in laudes parcius ire tuas.

Ergò

Ergò pio auspicio tibi credita frena capesse,
Atq; tua in laudem dirige cuncta DEI,
Ille tuum hoc munus felicitet, ille secundet,
Teq; diu in Patria det superesse decus.

XX.

AD

Dn. VVolfgangum ab Olschnitz,
S^r Reg^r Maj^{is} aulicum, in Comitatu
Dni Legati Majoris ex Turcia
reducem.

Pandolfe Olschnitzij, quem vis agit ignea mentis
Quâ tegitur damnum corporis omne tui.
Nec tibi difficilis formam natura negavit,
Nescio qua fati vis sed iniqua fuit.
Haud tamen ingenii vigor & tam vivida Virtus
Deseruit, nec te passa latere domi.
Hinc iter ad Solymos, sacri & monumenta sepul-
Nuper & ad Turci tecta Tyranna facis, (cri,
Quò non qua potuit, voluit penetrare furventus
Huc tu non visus posse volendo venis.

D 2

Emble.



Emblemata ad Ordines Borussiae
in Conventu Regiomon-
tano.

EXornat Regis clypeum Jovis ales, at illi
Servit Falco ferox, huic capit ille feras;
Sub trabe indificat Regali civica hirundo,
Tres sub tecto uno Regis habentur aves.
Munifica esto Aquila, at nimum ne Falco feroci,
Sed tibi sit nidi publica cura tui:
Tu Progne infelix noli pugnare duobus,
Sic in pace tuum perficietur opus.

A L I U D.

RLLatebrare Cavo qui vult arbusta, peri-
clum.

Non ex ramosa at simplice parte facit.
Stipite praemisso reliqua haud invita sequentur,
Lentescendo aptè cedere nata sibi:
Sic Pacem tentet, non quà in diversa dehiscit,
Sed quà fortè coit lis habitura modum.

ALIUD

A L I U D.

Diversis onerum sub fascibus unus & alter
Per loca aquosa pigrū carpsit a sellus iter:

Hic sale se pressum nimia præ mole gernebat,
Spongiolis levibus latus at alter ovat.

Quid fit? ubi undosis hæserit paludibus ambo,
Gaudet hic, in versas sed dolet ille vices.

Nam sal deliquit contactâ totus ab undâ,
Spongia sed lymphis ebria facta gravat.

Sic quoq; in humanis; si quis sibi stare videtur,
Sternitur, & contra qui jacet erigitur.

In

Præclarum Opus Digestorum Pru-
tenicorum IOHANNIS VENETI
Nob. Pruteni.

Opime nobilium, quos culta Borussia gignit,
F A N E, cui patriæ pectore vivit a-
mor.

Unde mihi dubiam traxit sententia mentem
Avenere, an Veneta nomen ab urbe geras?

D 3

Namq;

Namq̄, tibi casta Veneris sacra cultibus olim
 Umbonem Clypei candida signat avis,
 (Candoris nota pulchra tui), quæ prolis amatrix
 Ingenuæ laudem simplicitatis habet:
 Ecquid adhuc recolis, nostri post fata Georgi,
 Cui dedit antiquum Curia sancta genus?
 A primâ vobis conjunctio quanta Furventâ,
 Ardor & in studiis quantus utriq̄, fuit?
 Ille sed ad superos fatis concessit iniquis,
 Tu patria super es non sine laude tua.
 Nam privas- illi Leges & publica Jura
 Pandis, & his lucem conciliare studes
 Publicus interpres cum dexteritate fideli, (mat.
 Quam REX ipse probat, DUX jurat, omnis a-
 Historia Condus fuerit quicumq̄, Borussia,
 Tu Promus nobis Juris eris patrii.
 Nec tamen hoc à te, profiteris cœlitûs ortum,
 Sunt bona ad authorem sunt referenda DEum
 Fallor, an his oris VENETI DIGEST Acolen-
 Dum Pregela trifidâ perluct unda πάλω. (tur,
 Ad

Ad Typographum.

Accipe nullius precij mea Carmina, quippe
Typographo pretium vix meritura suo.
Nec sum lucripetax, sed honesta laudis avarus,
Quin & gratiola Regis amore calens.
Qui mihi si dederit Daphneia serita, profecto
Tunc fuerit quidam Praeses Apollo mihi.

CLAVSULA.

A quo Principium, Carmen finitur eodem,
Ipse Coronatus, mihi da, REX Magne, Coro-
Ex Lauro, mihi qua fuerit pretiosior auro. (nam
Sic DEVS in nobis sua dona coronat, & addit
Quod-modo-cunq; boni vitai postulat usus:

Philippus Frencking
Archivi Ducalis Prussiae
actuarius.



Ab Typographum.

Capitulum primum in carmine, quippe
Typographo primum cum incipit suo.
Nec sunt incipere, sed honeste laudis carmine.
Quintus & gratiose Rex, amare carens.
Quintus se debetis Daphniae, profecto
Pater fuerit, quidem Pater Apollo miter.

CLAVSULA.

que principium, carmen finitur eodem,
Iste coronatus, inquit, Rex Magnus, ore
Ex parte, inquit, que fuerit, inquit, ante.
In DEN in nobis, sua dona coronat, & addit
Quod modo, erant, boni, erant, postulat, glori.

Philippus Francking

Archiducis Prussiae

curavit.







